Fatius etiam intellexit de castratis qui nutriuntur plantis
calidis et exsiccativis ut mellilloto andachrocha trifolio tri
bulo et sic de similibus propter quod et carnes castratorum in moti
bus vincentinis nutritorum et consimilibus propter caliditatem
et siccitatem a nutrimento acquisitam ita collaudari debent.
Sic carnes plantis frigidis et humidis nutritis temperate bo-
nitatis est. Caro vero agni propter excedentem humiditatem
eius non habetur in usu nisi raro et cum specialibus aromaticis
calefacientibus et exsiccativis condita et adhuc quod convenientior
est ei assata quam elixa. Caro vero domestica porci recens
omnino dimittatur quantum mollicie inveniens et tebro
et incture. De quadrupedibus silvestribus. Sunt ei
convenientes carnes silvestres porci raro tamen et in pauco usu
et meliores erunt ei carnes potentes in pinguedine moderate
et propterea condite cum aromatibus et plantis calidis et siccis.
Caro vero capreoli est ei valde laudabilis bonitate sui
nutrimenti a superfluitate expurgati propterea cum meis silvestribus
carnes meliores existunt et sanguis ex ea generatus pau-
cas habet superfluitates 3° almansoris 18° capitulo. Caro vero
leporis etiam gravior est ei parvae humiditatis et multae
siccitatis quae inveniuntur in nutrimento eius invenitur et licet
vero remisse caliditatis non videtur ad usum frigiditati se-
nectae proximo tamen si artificialiter preparetur cum pipere croco zinzibere
et similibus erit valde conveniens tunc enim per ambas qualita-
tes adversabitur generationi flatus. Carnes vero cervorum quorum
magna copia est apud Romanos et in usu habetur dico non esse multum
disconvenientes et propterea cum aromatibus condite. Caro vero cuniculi omnino reproba-
nda est. Aliae vero carnes silvestres non sunt multum in usu propter
raritatem quorum usu absconditae a nobis propter grossitiem et visco-
sitatem et remissam caliditatem sanguinis geniti ex eis.
In summa quod omnium animalium carnes a medio in sua specie multum
elongatae per pinguedinem frigiditatis et humiditatis meliores erunt
ei salite et assate quam elixe. Crania vero propter sacrilegos venerea
non simpliciter carnes. Dicendum primo qualiter quorum piscium — De piscibus
usus reprobandus est et propterea in quantitate multa et melius
est uti salitis piscibus quam recentibus et in modo frixis et assatis
quam in aqua elixis. Sunt tamen pisces magis eligendi quies-
centes scilicet illi quorum complexio caliditate et siccitate vicinior
est et eorum substantia durior de quorum numero elegantiores sunt
carpiones in comitatu Veronensi benignioris humiditatis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1090/0435
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG